Operis huius prima pars incipit feliciter. Questio I

Trum asserere maleficos esse sit adeo catholicū q ei⁹ oppositus ptinaciter defendere oino sit hereticum. Et arguit q nō sit catholicū quicq̄ de his asserere. xxvj. q. v. epi. Qui credit posse fieri aliquam creaturā aut in melius deteriusue transmutari. aut in aliā speciem vel similitudinē transformari q̄ ab ipo omniū creatore. pagano t infideli deterior est. Talia aūt cum referuntur fieri a maleficis ideo talia asserere nō est catholicū sed hereticuz. Preterea nullus effectus maleficialis est in mundo. Probat. Quia si esset. opatione demonū fieret. Sed asserere q demones possint corporales transmutatiōes aut impedire aut efficere nō videt catholicum quia sic perimere possent totū mūdū. Preterea omis alteratio corporalis puta circa infirmitates aut sanitates procurādas reducit in motū localē. patet ex septimo phisicorū. Quorūcunq̄ est motus celi. Sz demones motū celi variare nō possunt. Dyonisius in epistola ad Policarpū. Quia hoc solius dei est. ergo videt q nullā transmutationez ad minus verā in corporibus causare pñt. t q necesse sit huiusmodi transmutationes in aliquā causam occultam reducere. Preterea sicut opus dei est fortius q̄ op⁹ dyaboli: ita t eius factura. Sz maleficiuz si esset in mūdo eēt vtiq̄ opus dyaboli cōtra facturā dei. ergo sicut illicitū est asserere facturā superstitiosam dyaboli excedere opus dei. ita illicitū est credere vt creature t opera dei in hominibus t iumētis valeant viciari ex opibus dyaboli. Preterea id qō subiacet virtuti corporali non habet virtutē imprimendi in corpora. Sz demones subdunt virtutibus stellaruz qō patet ex eo. q certi īcātatores cōstellationes determinatas ad inuocandū demōes obseruant. ergo nō habent virtutē imprimendi aliq̄d in corpora. et sic multominus malefice. Itē demones nō operant nisi per artē. Sed ars non pōt dare verā formā. vnde in. c. de mineris dicit. Sciāt auctores alchimie spēs trāsmutari non posse. Ergo t demones p artē operantes veras q̄litates sanitatis aut infirmitatis inducere nō possunt. sed si vere sunt habēt aliquā aliam causam occultā absq̄ ope demonū t maleficorū. Sz ꝫ in decre. xxxiij. q. j. si per sortiarias atq̄ maleficas artes nōnunq̄ occulto iusto dei iudicio permittēte: t dyabolo preparante tc. loquitur de impedimento maleficiali quo ad actus cōiugales tria cōcurrere. scz maleficaz. dyabolum t dei pmissionē. Preterea fortius agere potest in id quod est minus forte. Sed virtus demonis est fortior virtute corpali Job. xl. Nō est potestas sup terram que ei valeat cōparari. qui creatus est vt nemi nē timeret. Responsio. Hic impugnandi sunt tres errores hereticales quibus reprobatis veritas patebit. Nam quidā iuxta doctrinam scz Tho. in. iij. dist. xxiij. vbi tractat de impedimēto maleficiali conati sunt asserere maleficium nihil esse in mundo nisi in opinione ho-

minū que naturales effectus quoꝝ cause sunt occulte maleficijs imputabant. Alij qui maleficos cōcedūt sed ad maleficiales effectus illos tā tūmodo imaginarie ⁊ fantastice cōcurrere asserūt. Tercij qui effectus maleficiales oīno dicunt esse fantasticos ⁊ imaginarios. licz demō cū malefica realiter concurrat. Horuz errores sic declarant ⁊ reprobant. Nā ꝑmi omnino de heresi notant per doctores in.iiij. prefata di. ꝑcipue per sanctū Tho. in.iij.arg.⁊ in cōpore.q. dicens illā opinionē esse oīno cōtra auctoritates sanctorum ⁊ procedere ex radice infidelitatis. Aut vbi auctoritas scripture sacre dicit ꝙ demones habent potestatē supra corporalia ⁊ supra imaginationē hoīm qñ a deo ꝑmittunt. vt ex multis scripture sacre passibus notat. Ideo illi ꝙ dicunt maleficiū nihil esse in mūdo nisi in estimatione hoīm. Etiā nō credūt esse demōes nisi in estimatiōe vulgi tm vt terrores ꝙs hō sibiꝑi facit ex sua estimatiōne imputet demoni. Et ꝙ etiā ex imaginatiōne vehemēti aliq figure apparent in sensu tales ꝙles hō cogitat ꝙ ⁊ tūc credunt demōes videri dicam⁹ vel etiam malefici. Et qm̄ hec vera fides repudiat ꝙ quā angelos de celo cecidisse ⁊ demōes esse credim⁹. Iō ⁊ fatemur ipos ex subtilitate sue nature multa posse que nos nō possum⁹. Et illi ꝙ eos ad talia faciēda inducūt malefici vocant hec ibi. Quia vo infidelitas in baptisato heresis notat. iō tales de heresi reprehendunt. Alij duo errores demōes ⁊ eoꝝ nālem potentiā non negātes ꝙ inter se ꝙ ad effectū maleficialē ⁊ ipam maleficam dissidentes inēxtuz vn⁹ ꝓcedit maleficā realiter cooperari ad effectū nō tm verū ꝙ fantasticuz. Alter vo ꝙ ꝓrium effectū realē in leso ꝓcedēs ꝙ maleficā fantastice putat cooparī. Fundamentū erroris ex duob⁹ passib⁹ canoñ. q̄ habent. xxvj.q.v.epi. sum pserūt. vbi ꝑ reprehendunt mulieres q̄ credūt se cū dyana vl herodiana nocturnis horis eqtare. Inspiciat ibi canon. Et quia sepe fantastice ⁊ imaginarie talia solūmodo fiūt. iō ⁊ illi errantes de oibus alijs effectibus ita fieri iudicāt. Scōo: quia ibi continet ꝙ q̄ credit vel asserit posse fieri aliquā creaturā aut in melius deteriusue immutari aut trāsformari in aliam speciez vel similitudinē ꝙ a deo oīum creatore. infidelis est et pagano deterior. Vnde propter hoc qđ ibi dicit deteriusue immutari dicunt illū effectum non esse realem in maleficiato sed tantummodo fantasticum. Sed ꝙ hi errores heresim sapiant ⁊ contra sanum intellectū canonis militant. ostendit primo tam per legē diuinaz ꝙ etiā ecclesiasticaz ⁊ ciuilem. et hoc in generali. demū in speciali verba canonis exprimendo. licz etiā in sequenti questione clarius hoc deduceret. Nam lex diuina in plerisq locis ꝑcipit maleficas non solum esse vitandas: sed etiam occidēdas. cuiusmodi penas non imponeret si non veraciter et ad reales effectus et lesiones cuz demonibus concurrerent. Mors eñ corporalis nō affligitur sine corporali ⁊ graui peccato licet aliud de morte anime q̄ ex fantastica illusione seu etiā tentatione oriri pōt. Hec est sentētia sancti Tho. in.ij.dist.vij.in questiōe. An vti au

xpſto demonū ſit maluz. Mā Deut. xviij. precipit omnes maleficas et incantatores interfici. Leuiti. etiaz xix. dicit. Anima que declinauerit ad magos et ad ariolos z fornicata fuerit in eis ponā faciē meā contra eam z interficiā eam de medio ppli mei. Et iterū. xx. Vir vel mulier in qbus phitonicus vel diuinus ſpūs fuerit moriat lapidib⁹ obruent eos Et dicunt phitones in qbus demō operat miros effectus. Preterea ſ̄ ſunt q ꝓpter hoc pctm̄ ochozias infirmus mortu⁹ fuit. iiij. Regū. j. et saul. j. Paralip. x. Diuinorū denicz eloquōrū tractatores qd aliud in eorū ſcriptis ſup. ij. diſt. viij. z viij. tradiderūt de poteſtate demonū z magicis artibus eorū ſcripta inſpiciantur cuiuſcūcz doctor̄ iup. ij. li. ſent. et inueniet nullo diſcrepante magos z maleficos virtute demonū q mittēte deo miros effect⁹ nō fantaſticos poſſe ꝓducere. Taceo de varijs alijs locis in qbus ſcūs Tho. diffuſe de hmōi opib⁹ ptractat vt in ſumma cōtra gentī. li. iij. c. j. z. ij. in pma pte. q. cxiij. ar. iiij. Et in ſcōa ſcōe. qō. xcij. z. xciij. Inſpiciant denicz poſtillatores et gloſatores de magis pharaonis Exo. vij. Inſpiciant dicta Aug. xviij. de ciui. dei. ca. xvij. Et in ſcōo de doctrina xpiana. Similiter aliorū doctor̄ qbus omibus cōtradicere valde abſurdū eſt: nec a vicio hereſis excuſari pōt immo in iure hereticus cenſet quicunqz errat in expoſitione ſacre ſcripture. xxiij. q. j. hereſis. Et quicunqz aliter ſentit de his q̄ fidē concernūt cēz romana tenet eccl'ia. e. c. z. q. Hec eſt fides q denicz ꝓtra ſanū intellectū canonis militāt oūdit p tegē eccl'aſticam. Maz z canonū doctores ſup. ca. Si p ſortiarias z maleficas artes. xxiij. q. j. z ex̄ de frigidis z maleficiat̄. qd aliud ꝓtendūt niſi de maleficiali impedimēto circa actus ꝓlugales declarare quō dirimit cōtractū aut ꝓhendū mrimoniū. Dicūt em̄ ſicut z Tho. in. iiij. vbi ſupra. q ſi maleficiū ſupueniat mrioni ante carnalē copulā. tūc ſi ē ꝑpetuū impedit z dirimit mrioniū ꝓtractū. cuiuſmōi ſnia nō darek ſup illuſorijs z fantaſticis effectū vt de ſe patz. Videat Hoſti. in ſumma copioſa. ſiliter Gotfri. z Ray. q etiam nullibi legunt difficultaſſe. Vln tal effect⁹ poſſet cenſeri imaginari⁹ et nō realis. ſ̄ ſ̄ tanc̄ p ſe notū relinqbant. Et quō poſſet cēſeri ꝑpetu⁹ vel rpalis declarāt ſi poſt trienniū duraret nec dubitabāt an imaginarie p maleficā ſeu illuſorie intromitteretur. Sed q vere z realiter poteſt talis defectus procurari virtute demonis ꝓpter pactum cuz eo initum. vel etiam per ipſum demonem abſcz malefica. licz hoc rariſſime fiat in eccl'ia vbi ſacrm mrionij meritorū exiſtit ſ̄ q ink infideles ſ̄ cōtingat: ſ̄ eſt q̄ iuſto titulo illos poſſidere ſe cernit: vt petr⁹ de palude in ſuo q̄rto recitat de ſponſo qui deſponſauerat ydolū: z nihilomin⁹ cōtraxerat cū quadā iuuēcula. quā tū cognoſcere nō potuit ꝓpter dyabolū qui ſp ſe in corꝓre aſſumptō interpoſuerat. cum tū in eccl'ia dyabolus conat potius p maleficas ꝓpter ſuū lucrū in ꝑditionē aiarū tales effectus intromittere. z qualit hoc facere pōt z qbus medijs inferius declarabit. vbi de ſeptem modis nocendi hominibus p cōſiles ef-

fectus tractabitur. Ex aliis etiã q̃stionibus quas theologi ⁊ canoniste circa hãc materiã mouẽt ꝓ idem pz. discutiẽtes quõ possit tolli ⁊ an licitũ sit ꝙ aliud maleficiũ tollere ⁊ q̃d si malefica mortua sit ꝙ quã maleficiũ est immissum. De quo casu Gotfridus in sua summa mẽtionẽ facit de quibus in questionib⁹ tertie ptis patebit. Cur deniq̃ tam diligẽt canoniste varias penas promulgassent distinguẽdo de occulto et manifesto pctõ maleficoꝝ seu potius diuinatorũ cũ noxia superstitio varias habeat spẽs vt ĩ notorium sit eucharistia denegetur. Si occultũ pnia. xl. dicꝝ. de ꝓse. di. ij. ꝙ dilectione. Itẽ si clericus ꝙ deponẽd⁹ et in monasterio detrudendus. Si laycus excõicãd⁹. xxvj. q. v. Mõ oz. Itẽ ꝙ tales infames debeãt censeri ⁊ q̃ ad eos cõcurrunt iuno nec ad accusationẽ debẽt admitti. ij. q. viij quisquis nec. Sed ⁊ ꝙ legẽ ciuslem hoc idẽ ostendit. Mã Azon in summa sup. ix. lt. Codicis Rubrica de maleficis. l. post corneliam. de sicca rijs ⁊ homicidis dicit. Sciendũ ꝙ oĩs illi quos vulgus maleficos vocat ⁊ etiã illi q̃ artẽ diuinandi sciũt patiũtur capitalẽ penã. vt. l. nemo. C. de maleficis. Itẽ inferũt penam l. culpa. l. nullus. Hoc eni leges his verbis vtunt. Nemini pmittitur diuinare alioqn in suppliciũ capitꝫ gladio vltore feret ꝓstratus ⁊ subdit. Sunt ⁊ alij q̃ arte magica vite innocentum insidiant animos mulierũ ad libidinem flectunt. et hi bestijs objciuntur vt eo. C. l. multi. Decernunt etiaz leges ꝙ ad eorum accusatõnem quilibet admittatur sicut et canõ in ca. in fauorem fidei. lib. vj. de here. Unde subditur ibidem. Ad hanc accusationez quilibet admittitur quasi in crimine lese maiestatis. Ipsam eñ propemoduz pulsant maiestatem diuinam. Item ꝙ questionibus ad interrogandũ subijciatur subdit. Et quilibet nulla dignitate obstante questioni subijcit ⁊ qui cõuincitur: vel si detegat facinus suũ sit eculeo deditus vngulis ꝙ sulcantibus latera ꝓferat penas dignas suo facinori vt eo. C. l. si ex. cc. Nota ꝙ olim duplici pena talis plectebant. capitis ⁊ vngulis ad dilacerationẽ corpis seu ad deuorandũ bestijs obijciendo. Jam aũt cremant forte propter femineuz sexũ. Item prohibent participationem. Hũ subditur. sed nec permittant tales ad limen alteri⁹ accedere alioquin concremant bona. nec aliquis oz eos suscipe vel cõsulere alioquin deportant in insulam ⁊ omnia bona publicant. Hic notat pena exilij cũ amissione omniũ bonorũ qui tales consulunt aut suscipiunt. Has penas vbi predicatores populis ⁊ rectoribus terraꝝ publicant. plus aduersus maleficas q̃z ex aliis scripturarũ allegatiõibus marcescũt. Preterea ⁊ ꝙ leges cõmendant qui eoꝝ maleficijs obstant. Unde vbi supra l. eorum. Alij aũt q̃ faciunt id ne labores hominũ ventorũ grãdinisq̃ lapidatõne sternunt. non pena. sed premio digni sunt. Qualiter aũt sit licitum talia impedire inferius patebit vt prius tactũ est. Omia autẽ hec negare aut friuole illis resistere quomodo potest scrupulo hereticе prauitatis carere. Judicet vnusq̃sq̃ nisi fortassis eum ignorantia excusabit. sed cuiusmodi ignorãtia ex

cuset statim inferius patebit. Concludendo ex oibus pmissis catholicā z verissimā assertōem q̄ malefici sunt q̄ demonū auxilio ꝑpē pactū cum eis initū maleficiales reales effectus pmittēte deo ꝓcurare pñt nō excludēdo q̄n z pstigiosos effectus z fantasticos etiā p media pstigiosa ꝓducere valeāt. Sed qz pfis speculatio sup maleficiales effectus versatur q̄ plurimū ab alijs differū t.nō p hoc nihil ad ꝓpositū cū tales potiꝰ sortilegi vel incātatores dicūt q̄s maleficī. Demuz qz fundamētum sui erroris capiūt ex vbis canōis pcipue duo vltimi errores nō loq̄ndo de pmo q̄ seipm condēnat dū nimiū cōtra veritatē scripture exorbitat. Jō ad sanū intellectū canonis ē ꝓcedēdū. z primo ꝫ pmū errorē dicētis medium eē fantasticū sed extrema eē realia Vbi notādū q̄ dū q̄tuordeci sunt spēs capitales ī gñe superstitiōis q̄s recitare cā breuitatis ñ expedit.tū qz clare recitātur ab Jsi. viij. ethi. z scōa scōe p.s. Tho.q. xcij.tū etiā quia inferius vbi de grauitate huius heresis tractabit de ipis mentio erit.z hoc q̄one vltima huiꝰ primē ptis.Et spēs sb q̄ hmōi mulieres cōtinēt vocāt spēs phitonū in quibus demon vel loquit vl̄ mira opāt.Et ē septꝰ pria in ordie. Species aūt sb q̄ maleficī cōtinent vocāt spēs maleficorū. Et quia int se plurimū distāt.nec oportet q̄ q̄ in vna spē laborat q̄ etiā sb alijs cōprehendāt. Jō sicut canō de illis mulierculis mētōem facit z nō de maleficis.ita falsē canonē interptāt qui hmōi imagiarias deductōes corpoꝝ ad totū genꝰ superstitiōis z oēs species eius reducere velint vt sic ille mulieres imaginarie solū ita z oēs malefice trāsferantur.z pamplius canonē falsificat q̄ ex illo arguere vellet malificā solūmō imaginarie ad effectū maleficialē egritudis vl̄ morbi cōcurrē. Preterea tales sic errātes pamplꝰ reprehēdūtur dū extrema ꝓcedūt realia.s. demonē opātē z effectū morbi realē. mediū aūt instrūs.s.psonā maleficā dicūt fantastice ꝓcurrere cū tñme diū sp naturā ptīcipat extremorū. Nec valet si dicāt q̄ ēt fantasia sit q̄d reale.qz sīc fantasia vt talī nil pt efficē nec ꝓcurrere ad demōis opationē nisi p pactū initū cū demōe in q̄ pacto malefica se totā obtulit z astrinxit diabolo vere z realit et nō fantastice z imaginarie solum. ita etiā oz q̄ cooperēt diabolo vere z corpalit. Illā z ad b sunt oia maleficoꝝ opa vbi sp aut p pactū aut per visum aut p locutōem seu p alicuiꝰ maleficij instrūi reposīti sub limine domꝰ opatione sua maleficia exercent.prout in seq̄nti q̄one patebit. Preterea si q̄s vba cano. diligēter ispiciet ꝓsiderabit q̄tuoz q̄ pdicatores z sacerdotes p eccias sibi commissas oñi cū instātia pplo pdicare deberent.s.q̄ ex vnū deū nemo arbitrēt aliq̄d esse numinis vel diuinitatis.Secūdo q̄ cū dyana vel herodiade eq̄tare est cū diabolo q̄ se ita fingit z noīat trāsmeare.Tercio q̄ talis eq̄tatura fit tūc fantastice. qū diabolus mentē p infidelitatem sibi subiectaz agitat talī vt ea q̄ solo spū fiāt.corpalit fieri credūtur. Quarto q̄ talī dñe habeant in omnibus obedire. Uñ ad maleficiales actus hec vba extēdere ē ab

B

surdum. cum sint diuerse spēs. An aūt malefici etiā local ik transferantur in sua specie supstitiōis vl solū imaginarie sicut phitones. tractabitur de illo in capitulis secūde partis capitulo tercio q vtroqz modo Et sic secūdus error cū primo elidit̄ quo ad fundamentū z sanuz intellectū canonis. Tercius insuper q ex vbis canonis effectū maleficialē asserit fantasticū ex verbis canonis etiā elidit̄. Nā in eo q dicit q credit posse fieri aliquā creaturā aut in melius deteriusue transmutari aut in aliā spēm vl similitudinē trāsformari qs ab ipo oīm creatore tē. infideli detestor ē. De tres ptes si nude intelligāt sunt ꝺ̄ pcessum scripture z determiatōem doctox. Nā posse fieri aliqs creaturas a maleficis vtpote vera aialia impfecta. ispiciat seqns canō. nec mirū post allegatū cano. epi. quid Aug. determiat de magis pharaonis q vgas in serpētes verterunt inspiciat glo. sup illud Exo. vij. Vocauit pharao sapiētes. inspiciat. et alia glo. strabi q demones discurrūt p mūdū qñ p incantatōem malefici p eos aliqd efficere conant z colligūt diuersa semia. z ex eorum adaptiōe pūt prūpe diuerse spēs. Inspiciat z Alb. in de aialib⁹. Inspiciat z. s tho. j. p. q c. xliij. ar. iiij. Quox dicta breuitatis cā obmittūtur. solū h sup ē vt intelligat ibi fieri pcreari. Scām etiaz q i melius deteriusue valeat trāsmutari intelligat solūmō a deo aucte z ad correctionē seu ēt punitōem. sepi⁹ tñ ista misterio demonū exercent. Et sic de primo dī. dñs peutit z ipe me derur. z ego occidam z ego viuere faciam. Ita de scdo dr immissionē p angelos malos vt supra tactū est In pfato deniqz ca. nec mix. inspiciatur vba aug. q dicūtur malefici z cuiusmōi cox opatōes qñ hoib⁹ interdū nō solū infirmitates ꝫ etiaz mortē inferūt. Terciū etiā sane intelligere expedit cū moderni malefici sepius ope demonū transfor mant in lupos z alias bestias. Sz canō loqtur de reali trāsformatiōe z essentiali z non de pstigiosa q sepius fit. de q etiā Aug. xviij. de ci. dei. c xvij. multa refert vt de famosissima maga circes. z de socijs dyomedis z de pie pstātij. De q materia in. ca. ij. ptis patebit. Et an sp sunt pūtes vel absentes malefici z an illā formā diabolus assumat vel ipe hō p se videat tal cap. vj. z. vij.

Ad q; scda ps qōnis dic q s bis oppositus asserere pti nacter sit hereticū. Quer tur an tales debeāt hī tanqz manifeste dephensi in heretica prauitate. vel solū vt de heresi vehement suspecti. Et vr q primo mō. nā bñ. in glo. ordinaria i. c. ad abolēdā. §. pūti. z v. dephensi. ex de here. Pūti nihilomin⁹ ordinatōe sancimus vt qcūqz manifeste fuerint i heresi dephēsi tē. declarat q trib⁹ mōis qs censet manifeste dephēsus. facti. vicz euidentia. puta q; publice pdicat heresim vl legitia pbatiōe p testes. vel ex sua pfessione. Et q; tales publice pdicāt seu temē ꝺ̄ pfata oia se opponūt asserētes maleficas ñ eē. aut q nullo mō valeant hoibus nocere. iō tanqz manifeste dephēsi in tali prauitate sb hac distinctōe pūnēt. Ad cūdē ēt sensuz ē eiusdē ber. glo. in. c. excōicamus,

secūdo super verbo deprehēsi pub lice. Ad idem etiam facit. capitulo. super quibusdam. extra de verbor sig. Inspiciat ibidē lector. c. t reperiet veritatē. Sz ō. qz hoc nimis dūr vī. tū ppē penā ānexā q notat in. c. ab abolendā. §. pūti. eī de here. vbi in clerico ponit degradatio. t q secularis relinquat arbitro ptātis secularis aiaduersiōe debita puniendo. tū etiā ppter ignorantiā t multitudinē eor q culpabilis i tali errore cernit. Et ex multitudie tali rigor iusticie est tpando. di. xl. vt pstituerēt Rō. Cū nra sit intētio pori⁹ a vicio hereſ hmōi pdicatores p posse excusare cz incusare cū vt dī eī de psump. c. lras. §. q circa mādamus q ten⁹ cū ppē solē suspitionē cuiusve hemētez nolum⁹ illū de tāgraui crimie pdēnari tē. vbi gl sup ver. pdēnari. Procedi pt ō talez sicvehemēter suspectū. ß nō oz ppterea pdemnari. nisi assit vt ibidē declarat violenta suspicio attū qz suspitionē excludere nō possum⁹. t ß ppē friuolas eor assertiōes ō fidei veritatez Et cū hoc triplex sit suspitio. leuis vehemēs. t violēta de qb⁹ in. c. accusat⁹ t ca. cū rumatia. li. vj. de here. t p notata p archidyaconū t Jo. andre. sup ca. accusat⁹ t vbo vehemēs. t de psump. ca. lras. De violēta etiā loqtur. canō. dis. xxxiij. grūdā. Jō grendū cuiusmōi suspitōni talis pdicās subiacet. Et qdē cū talia dogmatizantes nō eqliter se ad hmōi errores hre noscunt eo q alicq ex simplici ignorantia iuris diuini. aliq etiā sufficiēter inforari adhuc fluctuāt facillādo t plene assentire nolūt. t cū error in mēte hereticuz nō faciat nisi assit pinacia volūtatis. optz etiā dicē q ad suspitiōz sup crimen hereſis non se equaliter habeant. Attamen quia per ignorantiam putant se posse euadere Aduertant paululum cz grauiter peccant q ex hmōi ignorantia delinquunt. Nā iz multiplex sit ignorantia. tū in rectori aiaz ignorantia qcunqz sit nō pt dici ignorātia particularis sm phos q a iuristis t theologis dī facti. Sz censeō in eis ignorātia vniuersalis q est ignorātia iuris diuini. qr ē eorū q qs de iure ex lege diuia scire teneō dis. xlij. Nicolaus papa. Dispēsatio celestis seminis nob inūcta est. Ue si nō asserim⁹. Ue si tacuerim⁹. Teneō em hre sciam sacre scripture dist. xxxvj. p totū. Et ad hoc ad subditoz aias informandas eadem dis. c. ij. §. ecce. t. §. si qs vult. Iz sm Ray. Hostiē. Tho. non requrat q hēat sciaz eminentez. ß q hēat conpetētem. id est sufficientez ad suum officiuz exequendum. Attamen pro eorum aliquali consolatione dummodo damna precedentia lucris sequentibus deinceps recompensant est eis aduertendum. Qz hec ignorantia iuris licet dicatur interdum affectata crassa et supina Dicitur tamen affectata id est voluntaria dupliciter. Quia interdum cum scientia intentionis. Interduum cum ignorantia tentionis Prima licet in nullo excusat ß dānat. De qua Psalm. noluit intelligere vt bene ageret. Secunda tamen diminuit voluntarium. ita et peccatum. Quia fit quando quis tenetur aliquid scire sed nescit qō teneat. Que etiā fuit in Paulo. j. Thi. j. Miserōiaz psecut⁹ sum. qa ignans feci i incredulitate. Quia in-

dicit affectata indirecte. ḋa ꝓpter alias occupationes negligit addi scere ea que scire tenet. nec vult laborare in studio ad sciendum illaꝝ excusat non a toto. sed a tanto. Et etiam iuxta Ambrosium super illō Roma. ij. An ignoras q benignitas dei ad penitentiam te adducit. dicit. Grauissime peccas si ignoraſ grauissime. i. valde periculose. Jō pſertim iam in temporibus ad suc currēduz aniaꝝ piculis oñez ignorantiā repellam⁹ ꝛ durissimū iudiciū qō nobis imminet, super districtā ratōez ꝛ talentū nobis creditū semp pre oculis habeam⁹ ne ipsa ignorātia etiā in nobis notet crassa vel supina p methaphorā homis crassi vel supini q nō videt; etiā ea q̄ corā ipo sunt. Dicit em̄ cancellarius in flozib⁹ regulaꝝ moraliū. et in scōa regula. q culpabilis ignorantia iuris diuini nō cadit in facientez qō in se est. ℞ō est. Quia spiritussctūs talē hoiez de necessarijs ad salutē q̄ vires ei⁹ excedūt docere imediate patus est. Ad ꝓmuz argumentuz solutō ptz p canū intellectuz canonis. Ad scōm dicit Pet. de tharā. perimeret vtiqꝫ ex magna sua inuidia q̄ aduersus hoiem agitaꝝ. si a deo ꝓmitteret. q aūt deus ꝓmittit sibi aliq̄ꝫ aliqua nō. hoc; cedit in maiorē ipius dyaboli ꝓtumeliam ꝛ displicentiā q deus in oñibus vtiꝫ eo ꝓtra suā voluntatem ad manifestatiouē glozie sue. Ad terciuz dī q alteratōnē egritudis aut alteri⁹ effect⁹ maleficiaꝝ sp ꝓcedit aliqs mot⁹ localis incꝫtuz demon p maleficā colligit determiata actiua q̄ vicz ledere possunt ꝛ apponit determinatis passiuis ad inferenduz dolorē vel nocumētuz aut actū aliquez spurcissimuz. Et si q̄rit an mot⁹ ille rex a demone localis reducaꝝ in motū celestē. Dicendum est q nō. Quia nō mouent ex virtute naturali. ſz mouent ex obediētia naturali q̄ sbijciunt virtuti demouis qui hz hoc ex virtute nature sue q pōt supra corpora Potest dico nō q possit influere reb⁹ materialib⁹ aliquā formā vel sbstantiam vel accidentalē absqꝫ āmixticulo alteri⁹ rei naturalis. Sz ḋa pōt deo pmittēte res localiter mouere ꝛ ex reb⁹ ꝓductis dolorē vel aliquā q̄litatez ꝓducere. Jñ effectus maleficialis nō subijcit motui celi sic nec ipe demō hz res ille ꝛ instrumēta subijciant. Ad quartū dicendū Opus dei pōt ope dyaboli vicari put ad pñs loq̄mur de effectu maleficiali. Sz qz hoc ñ pōt nisi diuina pmissione. iō nō sequit q dyabol⁹ sit deo fortior. demū qz non vicat opa dei p violentiā cū sic etiaz destruere posset. Ad q̄ntum simpliꝛ notū est q corpa celestia nō pñt vtutē impmēdi i demones cū nihil agat vltra suā vtutē. ſz q a magis ad uocati sb certa ꝓstellatiōe veniunt duplici ex cā b facere vident. Primo qz sciūt vtutē illi⁹ ꝓstellatōnis iuuare ad effectū quez magi optāt. Scōo factūt vt hoies iducāt adveneraduz aliqō numē stellis. ex q̄ veneratiōe etiā añ tpa rit⁹ ydolatrie ꝓcessit. Ad vltimū q̄stū ad termios aīgumēti sup aux alchimicū. dōm fm sctm Tho. in. ij. di. vij. in sol'one vni⁹ argumēti. vbi declarat de vtute demonū in opando. ℞ hz q̄daz forie substātiales p artē induci possint vtule nālis agentis vt q̄ forta-

ignis inducit̄ p artē in lignū ꝫ tū nō ꝑt fieri vl'r eo q̄ ars ñ ꝑt inuenire sp seu ꝓfūg ere. ꝓpria actiua ꝓpijs passiuis ꝑt tū facere aliq̄d sil'e & sic alchimiste faciūt aliq̄d sil'e auro q̄ tū ad accidētia exteriora ꝛ tū ñ faciūt vez aurū. q̄ forma substalis auri nō ē p calorē ignis q̄ vtūtur alchimiste ꝛ p calorē solis in loco determinato vbi viget virt9 mineralis. & ideo tale aurū nō hz opatōem cū seq̄nte spēm & simile ē de alijs eox opatōibus. Ad ꝓpositū. Demōes opant p artē circa effectus maleficiales & tō absq̄ ammiculo alteri9 agētis nullā formā substalem vel accidētalē inducere pñt & q̄ non dicimus q̄ maleficia inferat ptē absq̄ ammiculo alterius agētis tō ēt cū tali ammiculo ꝑt veras qualitates egritudinis aut alterius passiōis inducere. ꝛ qualit̄ hec ammicula seu amministratōis instrox hūt ad effectū maleficialē cū demonib9 cōcurrere vel non patebit p seq̄ntia.

Questio II.

Vacatholicus

a sit asserere q̄ ad effectuz maleficialem sp̄ hēat demon cū maleficō cōcurrere vel q̄ vnus sine altero vt demō sine maleficō vel econuerso talē effectum possit ꝓducere. Et arguit̄ ꝓmo q̄ demō sine maleficō. augus. in libro lxxxiij. q. Dia q̄ visibilit̄ fiūt etiā p inferiores ptātes aeris fieri posse ꝛ edūtur. Sz oia nocumēta corpalia nō sūt inuisibilia ꝛ potius sensibilia. igit̄ ēt a demōib9 fieri pñt. Preterea ex scptnris nocumenta iob illata vbi ignis dō celis cecidit & familiā cū gregibus pecorū vno impetu ꝓsumpsit & turbo domū deijciens liberos occidit demon p se absq̄ maleficis ꝓcurrēte tm̄mō diuina pmissiōe opatus ē. ergo a sil'i in alijs q̄ maleficis ascribūt. patz & de. vij. viris sare vgis q̄s demō occidit. Preterea q̄cq̄d pt vtus inferior absq̄ āminiculo vtutis superioris pt & vtus superior absq̄ āminiculo vtutis inferioris. Sz vtus inferior pt ꝓcitare gradines & inducere ifirmitates absq̄ auxilio vtutis superioris. Dic. n. Alb. de ꝓpietatibus reruz q̄ salsa putrefacta certis modis vt ibidē ponit si ꝓiecta fuerit i fontē mirabiles ꝓcitabit in aere tēpestates. Preterea si dicat q̄ demō vtit̄ maleficio ñ ꝓpt indigentiā ꝛ ꝓpt ei9 quā q̄rit p ditō em Cōtra Aresto. iij. etb. Malicia est volūtariū. qd̄ ꝓbat p b q̄ null9 opatur iniuste volūtarie ñ velle iustū ēe. & volūtarie stupz ātē ñ velle icōtinentē ēe. & p b ēt legislatores puniūt malos q̄si volūtarie mala operantes. Demō ergo si opat̄ p maleficā opat̄ tāq̄ p instrm. & cū instrm depēdet ad volūtatē ꝑncipal'agentis & nō volūtarie agit si ꝓcurrit ñ erit ei actio iputāda nec p pñs punienda. Sz Z q̄ nihil possit efficere in inferiorib9 absq̄ maleficis. Primo de gñatōne. Dis actio ē p ꝓtactū. Et q̄ ñ ē alīq̄s ꝓtact9 demōis ad corpa cū nihil hēat cuz eis cōe. ergo vtit̄ aliq̄ instrō illi influendo vtutē ledēdi p ꝓtactū. Juxt̄ b ēt q̄ maleficia possint fieri absq̄ opere demonū. ꝓbat̄ p textū & gl. ad gal. iij. O insensati gallate q̄s vos fascinauit vitati ñ obedire. gl' q̄dam hūt oculos vrētes q̄ solo aspectu inficiūt alios & maxime pueros. Et

ad hoc ẽt Auicẽ. vj natura. li. tij. c. vij. ita dicẽs. Multotiẽs aũt aĩa opat in corpe alieno sicut in ꝓprio quãd modũ ẽ op⁹ oculi fascinãtis t estimatõis opantis. Et eãdẽ sententiã ẽt põit Algasel. li. v. suo phi sicoꝝ. ca. ix. Putat ẽt Auicẽ. Iz ñ te neat in illo q vtus imaginatiua ẽt absq visu possit extranea corpa mutare. vbi nimis extẽdit vtutem imaginatiuã. t capim⁹ hic virtutẽ imaginatiuã nõ incꝫntũ distiguit ꝫ alias virtutes sensitiuas interiores vt est sensus cõis t fantasia et estimatio. ꝫ incꝫtũ includit oẽs illas vtutes interiores. Sz bñ verũ q talis vt⁹ imaginatia pt trãsmutare corp⁹ cõiũctũ. s. illud in q ẽ sicut hõ pt ambulare supra trabez q̃ est in medio vie. Si vo posita fuerit sup aquã ꝓfundam nõ audebit ambulare sup eã. eo q imaginabit in ei⁹ aĩa foĩa cadẽdi vehemẽt impssa cui obedit maĩa ei⁹ t vt⁹ mẽbroꝝ ei⁹ t nõ obediũt ei⁹ ꝫrio. s. ad directe ambulãdũ. Jn ꝟ ergo q̃uenit ꝟ immutatio cũ oculo fascinantis incꝫntũ imutat corp⁹ ꝓprium primo ꝫ ñ corp⁹ alienũ de q̃ immutatione iã loq̃mur. Preterea si dicat q talis imutatio cãtur a corpe viuo mediãte aĩa i aliud corp⁹ viuũ. Cõtra. qz ad pãtiam interfectoris manat sanguis ex vulnerib⁹ occisi ergo ẽt absq virtute aie corpa põt mirabiles effect⁹ ꝓducẽ. Jtẽ hõ viuẽs t ꝓpe cadauer bois occisi trãsicẽs ẽt ñ sentiẽdo illõ adhuc troze ocutit. ꝓterea sic res naturales habẽt q̃sdã vtutes occultas q̃z rõ ab hoie assignari nõ pt. sic q adamas trahit ferrũ t multa q̃ Aug. enũerat. ex de ci. deꝝ. Jta mulieres ad i mutatões faciẽdas i corpib⁹ alienis certis reb⁹ vti põt. absq auxilio demonũ q̃ ẽt nr̃am rõem excedũt. Et qz excedũt nõ dẽmus ꝓpterea demõib⁹ q̃si ex maleficis insiꝫ conuersantes ascribere. Preterea malefici certis vtũt imagibus t rebus instrãlibus q̃s interdũ ponũt ꝟ limine ostij domus aut ad certa loca. vbi pecudes cõueniũt. aut ẽt hoies q̃ maleficiant t interdũ moriũt. Sz qz hmõi effect⁹ põt euenire ex imaginib⁹ illis incꝫtũ hũt q̃sdã influẽtias a corpib⁹ celestibus receptas. ꝓbat. nã sic corpa nãlia subdũt corpib⁹ celestib⁹. ita t artificialia. Sz corpa nãlia põt recipe q̃sdã vtutes occultas. ergo t̃c. t artificialia. vñ vi q eoꝝ opa possent p tales impssiões practicari t non p demões. Preterea si va miracla põt fieri ex ptãte nature i eo q̃ opatur. ita t mirãda t stupẽda opa ex vtute nature. ꝓbat. Mã gre. dic. ij. dyal. Scti miracla faciũt aliq̃ ex pce. aliq̃ ex ptãte. exem datur de vtroq. Petr⁹ orãdo suscitauit thabitã mortuã. Ananiã t saphirã mẽtientes mortẽ increpãdo tradidit absq pce. ḡ t hõ pvtutẽ aie sue poterit mãm corpalẽ in altero ẽt trãsmutare seu ĩmmutare de sanitate i infirmitatẽ t econuerso. Preterea corp⁹ hũanũ ẽ nobili⁹ q̃ alia corpa iferiora. ꝫ ꝓpt apphensionẽ aie hũane imutat corp⁹ hũanũ ad calorẽ t frig⁹ vtz in trascẽtib⁹ t timẽtibus. imo ẽt ꝟ immutatio ptingit q̃nq vsq ad egritudinẽ t mortem ergo mlto magis pt sua vtute materiã corpalẽ imutare. Sz ꝫ ẽ. Substantia spũal nõ pt impmẽ aliquaz formã nisi ãminicẽdo alteri⁹ agẽtis vt supra tactũ ẽ. vñ t aug. in pfato ℔. Hõ ẽ putandũ istis trãsgressoꝝ

ribus angelis ad nutū seruire hāc visibilē rez materiā. ꝛ solū deo ergo multo mino hō ex potestate naturali efficere pōt effecꝰ maleficiales. ℟ndendo qz nō desunt errātes in hac materia maleficas excusantes ꝛ demōes tm̄ mō aūt inculpātes aut q̄busda naturalibꝰ trāsmutatōnibus eaz facta ascribētes. Jō horum falsitas oñdit primo p descriptionez maleficoz. De q̄ ysiō. viij. ethim. c. ix. Malefici dicunt ob facinoz magnitudinē. s. mala p cūctā malefactoribꝰ efficientia. vñ subdit. hi elemēta pcutiunt opere. s. demonū ad grādines ꝛ tēpestates pcitādas. Jtē dicit. Mētes hoiz turbāt intelligē ad amētiā odiū ꝛ amoꝛez inordinatū. Jtē subdit. Ac sine vllo veneni haustu violētia tm̄ carminis animas interimūt. Et d idē. xxvj. q. v. c. nec mirū. ꝛ sunt verba Augꝰ. in de ciui. dei. vbi declarat q̄ dicuntur magi ꝛ malefici. Magi sunt q̄ vulgo dicunt malefici ꝛ ob facinorum magnitudinē sic nūcupantur. hi sunt qui pmissu dei elemēta concutiunt. hominū turbāt mētes minus pfidentiū in deo ac sine vllo veneni haustu violētia tantū carmis interimūt boues. vñ ꝛ Lucanꝰ. Mēs hausti nulla sanie polluta veneni i cātata perit demōibꝰ em̄ accitis audēt vētilare ꝛ q̄usq̄ suos pimāt malis artibꝰ inimicos. Ex quibꝰ patz q̄ i hmōi opibꝰ sp̄ būt demōes cuz maleficis pcurē. Scdo qz cū q̄druplices effectꝰ penales affligere possumꝰ. s. misteriales. noxiales. maleficiales ꝛ nāles Et misteriales dicūtur q̄ misterio bonoz āgeloz sic noxiales maloz spirituū immittunt. Moyses em̄ egyptū i. x. plagis misterio bonoz pcussit vbi magi i. ixtm̄ p malos spūs pcurrūt ꝛ triduaꝛ pestē ꝓpter pctm̄ dauid circa numerationē ppli ꝓmissuz, ꝛ de. lxxij. milibus hoim vna nocte, pstrat. De exercitu Sennacherib vtiq̄ hic p angelos dñi. i. p bonos dominū venerantes ꝛ cognoscētes pacta fuerūt. Noxiales vero effectus cū in scripturis nōsant. Jmmissiones p angelos malos fm quas ppls ille in deserto sepe pcussus fuit. Et maleficiales effectus dicunt q̄n demon p maleficos ꝛ p magos opat. sicut et naturales q̄ ex influētijs coꝛpoꝛuz celestiū i istis inferioꝛibꝰ circa moꝛtalitates sterilitates terraz ꝛ grandines ꝛ his similibꝰ causant. Et inter hos effectus magna fit dīa. ideo cū iob noxiali plaga fuit a demone pcussus ꝛ nō maleficiali ideo nihil ad ꝓpositū. Si q̄s vero curiosius instaret sicut plerūq̄ hec materia curiosas patit a maleficaz defensoribus instātias. sp̄ in coutice vboz aerē verberātes ꝛ medullā veritatz nunq̄ penetrātes. Cur iob non maleficiali effectu p demonē sicut noxiali pcussus fuit. Hijs curiose etiā respōderi pōt q̄ iob fuit pcussus a dyabolo solū. ꝛ nō mediāte maleficovel malefica. Quia hoc genus superstitionis vel nondū erat inuentum. vel si erat inuentū. diuina tamen puidentia voluit vt ꝑotestas demōis mūdo ad pcauēdū eiꝰ insidias p dei glīa inotesceret cū nihil nisi a deo pmissus efficē pōt. Et de tpe q̄dē q̄ pmū genꝰ superstitiōis iuētuz fuit Et dico pmū genꝰ q̄ ad demonū inuocatōez nō q̄ ad purā ydolatriā. dic̄ Ysin. in spe. hist. allegās ꝓphetas doc, q̄ pmꝰ inuētoꝛ artis magi

ce ⁊ mathemace fuit zoraſtres q̄ dicit fuiſſe Chā filius Noe. ħ ſm Auguſt. de ciui. dei. ſolus rilit naſcendo ⁊ ħ nō niſi ope diaboli. Hic etiā cū eſſet rex ſupat⁹ eſt a Nino filio belī q̄ edificauit nīnuē. vel ampli⁹ ſub q̄ cepit regnū aſſyriorū tempe Abrae. Hic etiā Ninus ob inordinatū amorē p̄is fecit fieri imagiez patri mortuo ad quā quicūq̄ cōfugiebāt malefactores liberi erāt ab omni punitōe debita. Et ex hoc ceperūt hoies imagines adorare vt deos. ſed hoc p⁹ ꝓmaz etatē. q̄ ſub illo tpe nō erat ydolatria. ꝓpter recentē memoriā creatōnis mūdi. vt dicit. s. Tho. ſcōa ſcōe. q. xcv. arti. iij. vel etiā incepit a Membroth. q̄ cogebat hoies ignē adorare ⁊ ſic in ſcōa etate incepit ydolatria. q̄ eſt ꝓ mū gen⁹ ſuꝑſtitionis. ſicut diuiatō ſcōm. ⁊ obſeruātia tertiū. Maleficoꝝ aūt rit⁹ reducit ad ſcōm genus ſuꝑſtitionis. ſ. ad diuinationē q̄ fit p exp̄ſſaz demonū inuocati onē. cuius etiā ſūt tria genera. ſ. nigromātia. planetarij ſeu poti⁹ mathematici. ⁊ diuinatō p ſomnia. hec tō poſui vt p⁹ lector intelligat noxias illas artes nō ſubito ꝛ ꝓceſſu tpis fuiſſe inuentas nec abſonū eſſe aſſerere maleficas tpe Iob non fuiſſe Sicut em̄ p incremēta tpoꝝ vt gre. in moralib⁹ dicit creuit ſcīa ſctōrū ita ⁊ nocue artes demoniorū. Et ſic tam repleta eſt terra ſcia dñi Eſai. xj. Ita tā mūdi veſpe ad occaſum declināte ⁊ malicia hoīm excreſcēte ⁊ charitate refrigeſcēte ſup abūdat oīm maleficoꝝ iniq̄tas. Ipſe tñ zoraſtres cū eſſet itent⁹ illis actibus ⁊ ſolūmodo ꝓſideratōni aſtrorum a dyabolo ſuccenſus eſt. Hec vbi ſupra. De tpe aūt quo malefici leguñ cū demonib⁹ ad maleficia i ferenda ꝓueniſſe tactū eſt ſupra. et hr̄ Exo. vij. q̄ ad magos Pharaōis qui in plagis ſup egyptū demonū aſſiſtētia ſicut moyſes miſterio bono ꝝ āgeloꝝ ſigna pluria ꝓpetrarūt Un̄ concludit veritas catholica vt delicet q̄ ad effectū maleficialez ly nō ad effectū noxialē ſemp hz maleficus cū demone cōcurrere. Et p hec ptz rñſio ad argumēta. Maz ad ꝑmū nō negat quin effectus noxiales que viſibiliter cernunt ſup homines iumenta terre fruges. ⁊ que etiā ex influentijs corpoꝝ celeſtiū ſepe ꝓueniūt etiā a demonib⁹ deo ꝓmittēte inferunt. Dicit em̄ Aug. iij. de ciui. Demonib⁹ ſbſunt ignis ⁊ aer quantū eis a deo ꝓmittit. ptz ⁊ p gloſam ſup illud. Immiſſiones p angelos malos que dicit. Deus punit p malos angelos. Ex quibus etiā ptz rñſio ad ſcōm de Iob ⁊ ex his que p⁹ tacta ſunt de initio artis magice. Et ad terciuz de ſaluia putrefacta ⁊ in puteū ꝓiecta dicit q̄ licz ſequat effect⁹ noxialis abſq̄ auxilio demonis ly nō abſq̄ influētia corpis celeſtis Loq̄mur aūt de effectu maleficiali vñ non eſt ſimile Ad quartū dicit vez eſſe q̄ demones vtunt maleficis tantūmō ꝓpt eoꝝ pditionē. Et cū infert q̄ non eſſent puniēdi q⁹ cōcurrūt tanq̄ inſtrumēta q̄ mouent ad nutū nō ꝓpriū ſed ꝓncipalis agētis. Rñdet q̄ ſunt inſtrumēta animata ⁊ libere agentia. ⁊ licet poſt exp̄ſſuz pactuz initū cū demonib⁹ nō iam ſint ſue libertatis. quia vt ex earum faſſionibus accepimus. ⁊ loquor de mulierculis cōbuſtis ad plurima ma

leficia coacte siverbera demonū sb terfugere volūt cooperant. ꝑma tñ ꝓfessione q̄ sponte se demonibus subiecerunt manent ligate.

a D alia vero argumenta in quib⁹ probat maleficiales effectus posse absq; ope demonū a vetulis ꝓcurari. Dicendū q̄ ex vno ꝓticulari ꝓcludere vniuersale est dissonū rōni. Et cū in tota vt videt scriptura sacra nō inuenit tale nisi hic vbi agit de fascinatiōe seu inuultuatione vetulax. Jō nō valet ꝓ hoc ꝓcludere q̄ semp habeat ita cuenire. Jnsup est etiā dubium per glosam. An absq; opere demonū talis fascinatō fieri possit eo q̄ ex glosis ibi elicit q̄ fasciatio capit tripliciter. Uno mō dicit ludificatio sensuū q̄ fit ꝑ artē magicam t sic pōt fieri ministerio demonuz nisi ꝓhibeant a deo imediate mediante vel ministeriō sanctoꝝ angelox. Scō modo pōt dici inuidia. vt ibi Aplus dixit. Quis vos fascinauit. i. tanto odio ꝓsecut⁹ est. Tercio q̄ ex tali odio fiat ūmutatio ad ad malū in corpe alicui⁹ ꝑ oculos altertus aspicientis in eū. Et de fascinatione hoc mō dicta ꝓmuniter loquunt doctores fm quē modum etiam Auicēna t Algazel vt in argumētis deducit locuti sunt. Haz t sanctus Tho. hanc fascinationē declarat prima pte. q. xcvij. ꝑ hunc modū ex forti inquit imaginatōne anie imutant spiritus corporis cōiunctī. Que quidē immutatō spirituū maxime fit in oculis ad quos subtiliores spūs ꝓueniunt. Oculi em̄ inficiunt aerem ꝓximū vsq; ad determinatū spaciū ꝑ quē modum specula si sint noua t pura contrahunt quandam impuritatē ex aspectu mulieris menstruate. vt aristotiles dicit in libro de somno t vigilis. Sic igitur cū aliqua anima fuerit vehementer cōmota ad malicia sicut maxime vetulis contigit efficitur fm modum predictū. Aspectus eius venenosus et noxius et maxime pueris qui habent corpus tenerum t de facili receptiuum impressionem. Subdit tamen q̄ possibile est etiam q̄ dei ꝓmissione vel ex aliq̄ occulto facto cooperet ad hoc malignitas demonū cum quibus sortilege vetule pactū aliquod habent.

f Ed ꝓ ampliori intellectu solutionum aliqua dubia mouentur ex q̄rū solutō neveritas magis patebit. Videtur em̄ obstare primo illud qō superi⁹ dictū est. Q̄ substantie spirituales nō possunt trāsmutare corpa ad alt quā naturalē formā nisi āminiculo alteri⁹ agentis ergo mīnominus ꝑ poterit efficere imaginatō quantū cunq; fortis in aia ꝓterea est articulus cōdemnat⁹ in plerisq; vniuersitatibus ꝑcipue tamen parisiensi. q̄ incantator aliquis ꝓiecit camelum in foueam solo visu eo q̄ sicut intelligentie superiores imprimunt inferiores. sic anima intellectiua imꝑmit in aliam t etiā in anmā sensitiuā. Jtem ad hoc est articulus ꝓdemnatus. q̄ materia exterior obedit substātie spūali si intelligat simpliciter t fm omnē modū transmutationis. Quia sic soli deo vt prius patuit obedit. His visis fascinatio de qua loquemur qualit sit possibilis t q̄liter nō declaratur Jmō em̄ est possibile hoi q̄ ꝑ natu-

ralem virtutez anime sue p oculos
talē virtutē emittat q̄ nō mediante
trāsmutatōe ꝓxīj corpis neq̄ me-
dij nocumētuz inferre possit corpi
hois q̄d aspicit maxie cū fm opini
onem ꝑmuniozē videam⁹ intra su-
scipiētes nihil extra mittētes. Nō
ē etiā possibile hoī q̄ p virtutē na-
turalē anie suo p voiūtate sua trās
mutatōez faciat imaginātō in ocu
lis suis. q̄ mediāte trāsmutatōe me
dij. s. aeris possit corpus hois quē
aspicit in aliquā trāsmutare qualit-
atē fm q̄ sibi placuerit. Et q̄z fm
hos duos modos p̄dictos nō pōt
vnus homo alīū fascinare cū nulli
hoim pōt in esse realis vtus p natu
ralē virtutē anie sue. Jō vello pre
bare quod maleficiales effect⁹ pos
sent prodire ex naturali aliq̄ vtute
sup ad infrigendū opa maleficozū
q̄ virtute demonū fiunt est pluri-
mū alienū a veritate. q̄z etiā fm hos
duos modos fascinatō reprobat si
cut z ꝓbati duo articli. Qualiter tū
sit possibilis licz superi⁹ tactum sit
tū clarius sic deducit. Pōt em̄ cō-
tingere q̄ hō vel mulier aspiciens
corpus alicui⁹ pueri moueat ipm
mediāte visu z imaginatiōe vel ali
q̄ passiōe sensibili. Et q̄z passio sen
sibilis est cū quadā imutatōne cor-
porali z oculi sunt tenerrimi ꝓpter
q̄d sunt impssiōis multū receptiui.
Jō quandoq̄ ꝓtingit q̄ p aliquam
passionē interiozē trāsmutant ocu
li in aliquā malā qualitatē maxime
cooperante ad hoc aliq̄ imaginatō
ne cuius impssio cito redundat in
oculos z ꝓpter eoꝝ tenuitudinem
z ꝓpter vicinitatē radicis sensuum
particularīū ad imaginatiōis orga
nuum. Cū aūt oculi sunt trāsmutati
in aliquā qualitatē nociuā cōtinge
re pōt q̄d trāsmutent aerem sibi cō
tiguū aliquā qualitatē malā et illa
ps aliq̄ z sicvsq̄ ad aerem cōtiguū
oculis pueri q̄ aspicit z ille aer cō-
tiguus poterit q̄nq̄ in materiaz di-
spositā q̄ nō dispositā cui cōsonat
transmutare oculos ipius pueri in
aliā qualitatē malā z mediantibus
oculis ipius pueri aliquas alias p
tes interiozes. Ūñ nec cibū digere
re nec in mēbris fortificari aut au-
gmētari poterit. Experimentū hu-
ius rei manuductiuū est. Quia vi-
dem⁹ hoiem pacientē in oculis q̄n
q̄ ex aspectu suo ledere oculos eū
aspicientis q̄d ꝓtingit ex hoc q̄ ocu
li mala qualitate infecti inficiūt ae-
rem mediū z aer infect⁹ inficit ocu
los directos ad ockos infirmos eo
q̄ fm rectā lineā infectio illa deri-
uat in directum ad oculos inspici-
entiū cooperāte ad hec multū ima
ginatione eius q̄ aspiciēdo oculos
infirmos imaginat se ledi. Plura
possent exempla manuductiua ad-
duci que b̄revitatis causa obmittū-
tur. Concordat his quedam glosa:
super illud psalm̄. Qui timent te vi
debunt me z le. dicens. Magna vir
tus in oculis est quod in naturali-
bus apparet animal enim visum p
dest yctericis prior videns lupis
vocem aufert. vel sic. Basilicus si
prior z videt occidit si prior videtur
occiditur. Et ratio quare basilicus
videndo occidit hominem nisi q̄
ex aspectu z imaginatione excitat
in eius corpore materia venenosa
per quam oculi primo inficiuntur
z demum aer contiguus z sic alia z
alia pars aeris vsq̄ ad aerem hoī
ꝓximum quem aerem p aspiratio-

nem cū hō attraxit. intoxicat ꝛ mo
ritur. Prior aūt visus ab hoie vbi
hō volēs basiliscū occidere circū-
munit se speculis ex q̄bus dū basi
liscus inspicit ex reuerberatōe aer
inficit ꝛ sic vsq; ad basiliscū ptin-
git ꝛ occidit. Sed dubiuz. Cur hō
occisor bestie nō moꝛit ꝛ hic occi-
tam q̄ndā cām opinari necesse est.
Hec sine p̄iudicio ꝛ temeraria as-
sertione dicta sunt tantūmō dictis
sanctoꝛ inherentes catholicā veri
tatē cōcludamus qō ad maleficia-
les effectus de q̄bus ad pōs loqui
mur maleficī cū demonib⁹ semper
concurrere ꝛ vnū sine altero nihil
posse efficere. Ad argumenta patz
rñsio de fascinatione ad pmū. Ad
secūdū dr. iuꝛ Ain. in spec. natu. c.
xiij. Nō vulnus infectū spiritibus
interficientis ex fortī imaginatiōe
illud vulnus trahit aerē infectum
transcūtē iam interfectoꝛe sanguis
ebulliens ex manat. q̄ ad p̄tiā inf
fectoris aer inclusus in vulnere si
cut ab interfectoꝛe itrauit. Ita ad
eius p̄tiam cōmouet ex q̄ cōmo-
tione sanguis erūpit. Sunt quidā
alias cās allegātes q̄s illa ebulliō
sanguinis sit eius clamoꝛ de terra
sup homicidaz p̄tem. ꝛ hoc ꝓpter
maledictōem ꝑme homicide cayn
ad illō de hoꝛroꝛe. dm̄ hoc q hō
transiēs ꝓpe cadauer hois occisi
hoꝛroꝛe ꝑcutiat. Iz illud nō sentiat
h fit ex spū q̄ntulamcūq; infectōez
recipiēte ꝛ eā aie repūtante. Sz h
nihil ꝓcludūt aduersus opa maleficoꝛ cū oia illa naturaliꝛ vt dictū ē
fieri valeāt. Ad tertiū sic dcm̄ ē su
pza maleficoꝛ ritus deducūtur ad
scōm genꝰ superstitiōnis qō dr diui-
natio. rebus vo superstitiose vti i ob
seruantijs q̄busdaz reducit ad ter-
tiū genus. ideo argument ū nō est
simile. demū etiā qz reducūtur nō
ad quālibet diuinatōnem. ß ad illa
q̄ fit p ex̄pssam demonū inuocatio
nē. Et h etiā cū multis modis fieri
possit. s. p nigromātiā. geomantiā.
ydromātiā ꝛc. Inspiciatur se. se. q.
xcv. ar. v. Iō hec diuinatio maleficoꝛ vbi maleficijs sunt intenti. sic
supmū gradū in flagitijs tenet ita
ꝛ aliud iudiciū de eo exīstit. vñ qñ
arguit q qz occultas rerū vtutes
cognosere non possumꝰ ꝛ maleficī
ēt occultis rebꝰ intēdūt. Dī q si i-
tenderēt rebꝰ naturalibꝰ ad aliq̄s
effectꝰ naturales ex naturali vtute
ꝓcedēdos h licitū foꝛet vt de se pz
Vel ēt ꝓcedēdo q si intēderēt sup
stitiose rebꝰ naturalibꝰ. vtpote re-
bus hmōi certas caracteres vl aliq̄
qua noīa ignota inscribēdo. ꝛ illis
p acq̄renda sanitate vel amicicia
ꝛ p aliq̄ vtilitate ꝛ ñ p nocumēto
aliq̄ inferēdo vterēt. tūc lz absq; ex
p̄ssa demonū inuocatiōe lz ñ absq;
tacita fieri ista possent ꝛ illicita iu-
dicarēt. Quia tū h ꝛ his silia redu
cūt ad terciū genꝰ superstitōis. s. ad
obseruantias vanitatū vt dcm̄ ē. iō ni
hil ad ꝓpositū. sup heresim maleficoꝛ fortificāt. Etiā solo q huic ter
cio generi q̄tuoꝛ assignantur spēs.
Quia vel vtit q̄s obseruātijs ad scie
tiā acq̄rēdā vl ad ꝓiecturas sumen
das fortunioꝛ vl infortunioꝛ. vel
ad suspensiones sacroꝛz vboꝛum
vel ad coꝛpoꝛa immutanda in me-
lius. Unde ꝛ notanter sanctꝰ Tho
mas. in ti. illo questōis vbi querit
An obseruatōnes oꝛdinate ad coꝛ
poꝛum immutationem sint licite.
questio. xcvj. in summa ꝓfata. ar.
ij. addit. puta ad sanitatem obsa-
tiones ergo maleficoꝛ cū hic locū

hñt ꝫ vt dictū ē sub secūdo genere ꝓtinenť supstitōnis tō nihil ad ꝓ positū. Ex his etiā ad quartum argumentū rādetur. q'qz duplices i his obseruātijs fieri pñt imagies nigromantice z astronomice z inť hec talis ē differētia. Dō in nigromanticis semꝑ fiūt expſſe inuocationes demonū ꝓpter expzessa pacta cum eis inita. Inspiciāť solutio secūdi argumenti pfate qōnis In astronomicis vo sunt pacta tacita z tōo nulla inuocatio nisi fortassis tacita. puta ꝓpter figurax et caracterū signa q̄ eis inscribunť. z itez imagines nigromantice vel fiunt ſb certis ꝓstellatōibus ad recipiendū certos influxus z impſſiones celestiū corpm etiā certis figuris z caracteribꝰ insigniti vt i anulo. lapide vel alijq̄ pciosa materia. vel fiunt simplr. absqz obseruantia cōstellationū. ꝫ indr̄nter ex q̄cūqz materia etiā vili ad inferendū maleficia vbi z qñ ad alīq̄ loca reponūtur. Et de his effectibꝰ cuz suis imaginibꝰ iam fmo ē z nō de alijs Ideo argumentū nō facit ad ꝓpositū. Qualiť deniqz certe imagies supstitiose. de q̄bus tactū ē nullaz hñt efficaciā inq̄ntū sunt artificialia solū. licet forte materialia i eis cōsiderata possent hr̄e efficaciā si z inq̄ntū hr̄ent naturalē aliquam vtutem ex impſſione corpox celestiū. si cui placet. doctorē ibidē inspiciat. Sp tū dicit eē illicitū imaginibus vti. Imagines vo maleficax absqz naturali aptitudie ad effectū fiunt. solūmō aūt ex iussu demonū reponūt z applicant vt manualiť ad effectū ꝓcurrant in maiorem cōtumeliā creatoris vt z pamplius irritatꝰ malaqz fieri in flagitiozū taliū vindictā āpliꝰ pmittat. vñ z sacratiozibꝰ āni tpibꝰ hmōi fieri ꝓcurant. Ad q̄ntū dōm q̄ Bre. ibi intellexit ptātē gr̄e nō nature. vñ z ibidē ſbdit. Qui filij dī ptāte sunt vt Jo dic̄. Quid mirū si signa ex ptāte faciūt. Ad vltim dōm q̄ similitudo ñ valet. q̄ alia ē actio aie circa corpꝰ ꝓpriū. z alia circa corpus alienū. Nā q̄ corpi ꝓprio vnitur aia vt forma. z appetitꝰ sensitiuus ē actꝰ alicꝰ organi corpal. Jō ad apprehēsionē aie hūane pōt cōmoueri appetitꝰ sensitiuꝰ cū aliq̄ imutatōe corpali calorē z frigꝰ. vel ēt vsq̄ ad mortē. Ad exteriora vo corpa imutāda nulla apphēsio aie hūane sufficit nisi mediāte imutatōe ꝓprij corpis sic̄ de fascinatione dcm ē. Vñ z maleficī ex nulla ptāte nāli ꝫ solūmō auxilio demonū. z ipi demōes āminicko alicꝰ alteri us rei vt p spias ossa crines ligna ferrū z hmōi q̄ intromittūt. aut instrm aliqō reponunt vt successiue patebit maleficiales effectꝰ pcurāt

